UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

192. An expulsus à Religione teneatur se corrigere, ut iterum in illa[m] admittatur? Et notatur, quod Religiosus expulsus tenetur ad votum castitatis. Et an ratione voti teneatur ad abedientia[m] ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-76429

Visual Library

S. *Ignatij, lib.* 3. *num.* 20 vbi ſic ait; [*Quelle qualità poi di nobilità, e di ſapere, che à meno Saggi fan contrapeſo a' demeriti di chi le hà, onde pare, che ad alcuni non ſopporta il cuore di verderli tornarſene al ſecolo, à lui non erano di verun peſo, per tirarlo ad affettionarſi loro, sì che li riteneſſe, oue non ne foſſero digni, ò punto ſi riſſentiſſe per doglia, quando riuſcita loro intolerabile la diſciplina religioſa, partiuano. Cosi liberò sè, e la Compagnia dalle inquietudini di D. Tneotonio, ſigliuolo del Duca di Braganza, e nipote d'Emanuello Rè di Portogallo: e licentiò vn fratel cugino del Duca di Biuona, parente di Giouan di Vega, Vicerè di Sicilia, grande amico, e gran benefattore del Santo: nè per ritenerlo valſero le ragioni, e le ſuppliche di Pietro Ribadeneira; à cui il giouane, piangendo direttamente, e ſuggetandoſi ad ogni più ſeuere caſtigo, ſi raccomandò perche gl'impetraſſe dal Padre Ignatio, come egli diceua, miſericordia. E oltre altri huomini di gran ſapere, de quali frà poco dirò, ſpedi ancora Chriſtoforo Lainez, fratello di quel Diego Lainez, che pur gli era si caro. E perchè egli non hauea di preſente, nè di che viuere in Roma, nè con che ritornarſene in Iſpagna; e il medeſimo Ribadeneira pregò il Santo, à dargli per ciò qualche ſuſſidio di denari: negollo riſolutamente; & aggiunſe queſte eſpreſſe parole: Pietro, ſe io haueſſi tutto l'oro del Mondo non aiuterei d'vn ſol quatrino quelli, che per demerito ſi rendono indegni, che la loro Religione li tenga. Il che ragione è, che intendan bene coloro, che voltono à Diò, & alla Religione le ſpalle, ò riuſcendo (ch'è il medeſimo) indigni d'eſſerui ritenuti, pretendono, che in vſcire ſi paghino loro le fatiche, che viuendo in eſſa durarono: come ſe non le haueſſero donate à Dio, mà date à cenſo alla Religione: ſi che tiratone i frutti del mantenimento d'ognidi; poſcia al partire, doueſſe loro, come à ſconto di debito, rendere il capitale.*] Ita ille: Quæ omnia adnotare volui in gratiam Societatis, cui quidem me addictiſſimum eſſe profiteor. Verùm, his non obſtantibus, remitto me Sacræ Congregationi, ſi aliter determinauerit; Purpuratorum enim Patrum Reſponſa veneror.

RESOL. CXCII.

An expulſus à Religione teneatur ſe corrigere, vt iterum in illam admittatur?

Et notatur, quod Religioſus expulſus tenetur ad votum caſtitatis.

Et an ratione voti teneatur ad obedientiam Epiſcopi?

Et difficultas eſt quoad votum paupertatis, an expulſus à Religione maneat liber ab hoc voto, & quidquid acquirat, an Monaſterio acquirat?

Et quid de officio diuino, ſi non eſt in Sacris, de ieiunijs, & alijs annexis Religioni? Ex p. 3. tr. 2. Reſ. 60.

Sup. hoc infra in Reſ. 194. ad medium. à verſ. quin ſi ſe dignum. & lege §§. not. ſeq.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Conradus *in reſponſ. part.* 1. *q.* 285. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 52. *art.* 3. Aragon. *in* 2. 2. *q.* 88. *art.* 3. Graffius *in deciſ. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 47. Philiarchus *tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 21. Molina *de iuſt. tom.* 1. *tract.* 2. *diſ.* 140. Federicus de Senis *conſil.* 134. Additionator Nauarri *conſil.* 77. *de Regular. lib.* 3. & alij.

2. Mihi verò contraria ſententia probabilis etiam videtur, quam docet Azorius *tom.* 2. *lib.* 12. *c.* 17. *q.* 1. & *c.* 16. *q.* 6. & Nauarr. *conſil.* 78. & 80 *de Regul.* & ideo Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 39. *n.* 2. ſic aſſerit. [Es probable que los que han ſido eſcluydos legitimamente de la Religion, no tienen obligacion, de boluerſe a ella. La razon es, porque no ay derecho que à eſſo les obligue, y aſſi pueden quedarſe en el ſiglo de baxo de la obediencia del Obiſpo.] Ita ille, & ante illum Nauarr. *comm.* 2. *de Regul. tom.* 36. & Rodriq. *tom.* 1. *q.* 30. *art.* 21.

Sup. hoc in

3. Nota tamen quòd Religioſus expulſus tenetur ad votum caſtitatis, de obedientia autem Nauarrus, & Rodriquez putant non ſolum teneri ad obedientiam Epiſcopi, vt alij Clerici, ſed etiam ratione voti. Vnde ſtatim poſtquam expulſus eſt, debet Epiſcopum adire, & certiorem illum facere de ſua expulſione Sed hæc ſententia mihi non placet, ſicut diſplicuit Soto *lib.* 7. *quæſt.* 1. *art.* 1. Azorio *p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 16. *quæſt.* 11. & aliis. Dicendum eſt igitur, Religioſum expulſum manere liberum à voto obedientiæ, & teneri tantum Epiſcopo obedire, vt alij Clerici.

4. Sed difficultas eſt quoad votum paupertatis. Sotus vbi ſupra docet manere liberum ab hoc voto, quia Monaſterium ei alimenta non præbet. Sed contrarium communiter tenent, & ego puto quod quodquid acquirit, Monaſterio acquirit, vt probat Molina *dicta diſput.* 140. Verum aduertit Villalobos *vbi ſuprà num.* 10. [Que podra dar limoſina; y hazer donaciones mientras viue, como ſi no fuera Religioſo, no obſtante que no tiene dominio, porque toda la comodidad, y incomodidad de la hazienda, que tiene, corre por ſu quenta, y por eſto dize Molina, que ſi gaſta algo con rameras, ò en otro mal trato trasfiere el dominio, no eſta obligado el que lo recebio à reſtituir, mas eſto no me quadra, porque no es juſto darle tanta libertad, pues no tiene dominio] Sic Villabos At opinio Molinæ, quam Villalobos impugnat, mihi probabilis videtur, & illam tenet etiam Ioannes Salas *tract. de ludo, dub.* 21. *num.* 5. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 15. *num.* 113. & in terminis docet Sanctarellus *tract. de Apoſtaſ. cap.* 6. *dub.* 2. *num.* 11. adde quod poſt hæc ſcripta inueni Ioannem Franciſcum Suarez *in Enchiridio caſ. conſc. lib.* 3. 6. *de voto Obedientiæ*, abſolutè docere profeſſum eiectum non teneri ad vota paupertatis, & obedientiæ, nec ad officium diuinum, ſi non eſt in ſacris, nec ad ieiunia, aliáve annexa Religioni. Ita ille.

RESOL. CXCIII.

An Religioſus eiectus ab ordine ſi emendatus petat ingredi, teneantur Superiores iterum in Religionem eum recipere, ſicut ius habet Religio reuocandi eiectum?

Et an Religioſus eiectus, quando admiſſio in ſuam priſtinam Religionem poſt debitam correctionem deſperatur, non teneatur ad aliam Religionem tranſire?

Et an Religioſus eiectus non teneatur redire ad ipſammet Religionem, de qua eiectus eſt?

Et an eiecti à Religione non teneantur ad præcepta, & ieiunia in Regula Religionis contenta, de qua eiecti ſunt?

Et an dicti eiecti poſſint ad Ordines promoueri? Ex p. 3. tr. 2. Reſ. 116.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Molina *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 146. *ver. quid ad votum.* Corduba *in regula D. Franciſci c.* 1. *q.* 71. *punct.* 2. Leſſius *lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 15. *n.* 112. & alij.

2. Mihi verò magis placet ſententia negatiua, quam ex D. Bonauentura tuetur Antonius Sanctarellus *tract. de Apoſtaſ. cap.* 5. *dub.* 2. *num.* 15. cui ego addo Sanchez *in ſum. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 32. qui citat Azorium, & Rodriquez. Ratio eſt, quia ex iuſta ſententia Religioſus eiectus condemnatus eſt, vt extra Religionem viuat; ergo Religio non poteſt cogi ad eum recipiendum. Nec valet dicere cum Leſſio *vbi ſuprà*, quòd ſi Religio habet ius reuocandi

Religio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN